Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

quod sepulcrum duo tabernacula: scissum est in duas partes: & sol repente subductus est: et ab hora sexta usq; ad horam nonam tenebre fuerunt:
Quia dere Amos pphta testatur: Et erit in illo die dicit dominus occidet sol meridie et tenebrabitur dies lucis: & conuertam dies festos vestros in luctum: & cantica vestra in lamentationem: Item Hieremias: Exterminatus est qui parit & tedijt anima. & occidit sol ei cum adhuc medius dies esset. confusa est & maledicta reliquos eorum in gladio dabo in conspectu inimicorum eorum: Et Sibilla:

Templi aut scindet velum. & die media nox erit obscura magna in tribus horis.

Cum hec facta essent ne prodigijs quidem celestibus fidem suam intelligere quiuerunt: Sed qm̃ predixerat se tertia die ab inferis resurrecturum metuentes ne a discipulis subrepto et amoto corpore iniuriosi resurrexisse eum crederent: & fieret in plebem multo maior confusio. detraxerunt eum cruci. & conclusum firmiter in monumento militari custodia circumdederunt: Verum tertia die ante lucem terremotu repente factum est sepulcrum: & custodibus: quos attonitos obstupefecerat pauor in hiluidentibus integer ex sepulcro ac uiuus egressus in galileam profectus est: ut discipulos suos quereret. In sepulcro vero nihil reptum est: nisi exime: quibus inuolutum corpus incluserat: Illud aut apud inferos non remansurum: sed die tertia resurrecturum pphte cecinerant: Dauid in psalmo. xvi. Non derelinques animam meam apud inferos: neq; sanctum tuum dabis videre interitum: Item in iij°. Ego dormiui et somnum accepi et exsurrexi: qm̃ dominus auxiliatus est mihi: Osee quoq; primus. xiij. pphtarum de resurrectione eius testatus est: Hic filius meus sapiens propter quod nunc non resistet: in contribulatione filiorum & de manu inferorum eruam eum: Vbi est iudicium tuum mors: aut ubi est aculeus tuus: Item alio loco. Vuificabit nos post propte biduum die tertia. Et ideo sibilla impositurum esse morti terminum dixit post triduum somnum:

Et mors finem fiet tertium diem dormiens. Tunc a mortuis se denuo ostendens in lucem veniet primus resurrectionis initium vocatus ostendens:

Vitam in nobis acquisiuit morte superata: Nulla igitur spes alia consequendae immortalitatis hominibus datur: nisi crediderint eum: & illam crucem portandam patiendamq; susceperint:

.xx.

Profectus ergo in galileam: noluit iudeis se ostendere: ne adducerent eos ad priam atq; impios insanaret discipulis iterum congregatis scripture sancte hris. i. pphtarum archana patefecit: q; antea patefieri pspici nullo modo poterant: Quia ipm passionem in